



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiae**

In Qvinqve Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

**Wion, Arnold**

**Venetiis, 1595**

S. Vuimo Episcopus, Gothorum Aquilonarium Apostolus. cap. LX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38397**

**S. LEBVINVS EPISCOPVS:**  
Transfiselanorum Apostolus.

*Ad annunciandum mansuetis misit eum Dominus.*  
*Isa. 61. Cap. LX.*



**L**RANSISELANIS populis verbum Dei annunciat  
S. Lebuinus ex monacho Ripense in Anglia, Epi-  
scopus titularis, siue regionalis. Ipse enim in An-  
gha natus, de terra & cognatione sua exiens, petijt  
castrum Viltenburch antiquitus dictum, modo  
Traiectum. Inde à S. Gregorio Traiectensi, et  
Monacho, Episcopo, destinatus secus Ifelam fluium, ad Saxorum  
ibidem commorantium conuersionem, eo loci beatus doctor, & ani-  
marum zelator, post multam tolerantiam, & populorum conuer-  
sionem, plenus bonis operibus spiritum Deo reddidit, die 12. No-  
uembri, anno circiter 740. & vi Transfiselanorum Apostolus, eius  
provinciae Arma, fascias vndosas duas ceruleas, quibus leo rubens  
superest, in aëa candida gestat. *Eius vita apud Surium, & alij in  
tyrologio nostro notati.*

**S. VVIMO EPISCOPVS:**

Gothorum Aquilonarium Apostolus.

*Ad insulas, enim, longe diuulgatum est nomen eius.*  
*Eccles. 47. Cap. LX.*



**V**OSIT S. Ansgarj in Gothia Apostolatus, præci-  
pius eius Regni prædicator, & Apostolus fuisse le-  
gitur, s. Vuimo ex monacho Corbeie Saxonice Vi-  
ti, Archiepiscopus Bremensis sextus, qui vna cum  
aliquot Monachis Aquilonaria Regna Danie, &  
Gothie fidei ergo ingressus, non tantum bap-  
tismi fide semel accepta perseverarent persuasit, verum etiã reliquam Paga-  
norum multitudinem idolorum cultui adhuc deditam, ad eandem  
fidem sua prædicatione adduxit, & in fidei negotijs assiduus, & in-  
defessus



defessus extitit vsque ad mortem, quæ accidit anno 936. die 21. Octobris, Bireæ, totius Gothiæ metropoli. Arma, quæ Episcopi habitu reportat, tres scilicet zonæ ceruleæ undosæ, eminente Leone aureo, in equore candido, sunt regni Gothiæ insignia. *Helmoldus lib. 1. c. 6. & 8. Crantzius metrop. lib. 3. c. 5. 6. & 16. & alij à nobis in superioribus adducti.*

## S. OTTO EPISCOPVS:

Pomeranorum in Sarmatia

Apostolus.

*Germen eorum in medio populorum, quia sunt semen cui Benedixit Dominus. Isa. 61.*

Cap. LXI.

**I**NTER Sarmatas, Pomerani populi soli à Benedi-  
ctinis ad fidem adducendi erant; ad hos nullus  
est S. Otto ex monacho S. Michaelis de monte,  
Bambergensis Episcopus, qui verbo, & exemplo  
Barbarorum animos feroces leniens, Sacrificiorū  
immundorum cultum sustulit, delubra, & aras  
euerit, Ecclesias construxit, fidem Catholicam plantauit, & Duce,  
cum omni populo suo per baptismi regenerationem Christo Do-  
mino acquisito, ad propria remeauit, vbi sanctitate, & miraculis  
clarus obiit anno 1139. die 2. Iulij. Eius imago Episcopi habitu in  
inferioribus rami partibus Apostolatus sui insignia, Grifphonem in  
area candida, viridem (non autem in rubra, ut quidam non rectè  
senferunt) pro victoriæ suæ trophæo reportat. *Martyrologium  
Romanum: Crantzius metrop. lib. 6. cap. 5. & alij à nobis alibi citati.*